



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Iniquus amor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Malis cur  
Amoris de-  
dicata.  
Caem. li. 2.*

*est pallidior statua.* Poma vero ita magis rubescunt, uti magis exposita soli ab eo continguntur per-  
inde ac amator eo magis erubescit quo nequitia palam magis profertur, et in aperto deprehenditur. Sub ipsa malo Amores ludo editi consinguntur, sub qua illi cursitantes variis mollium herbarum involucris impediuntur: quique ita sunt implicati ut sese nequeant exolvere, labore conatuque quodammodo lassati, somno se dedunt, cuiusmodi lascivia gressus amatorios occupat. & in ergastulo cohibet: mox luxu inhabitantes soporat, profundissimoque opprimit veterno. Auro insignes rerum pharetra, aurea quae inde promuntur tela, auro Danae capta, auro comparatur, auro detinetur amor. Nudi illi omnes, latique ac alacres obvolutant magno numero circum unamquamque malum. Amicula eorum variis texta coloribus, multiplicique arte laborata, in herbis neglecta jacent, multitudine florum involuta: quorum vis magna circumquaque toto eo agro pullulat: neque tamen illi capita coronant, utpote quibus comae illae flavescerent, nitida, crispula, satis afferant ornamenta. Alarum pinnulas habent caeruleas & piniceas, nonnulli etiam anteaas Psittacorum, Pevonumque instar, quibus quodam veluti concentu, sonoroque strepitu aera diverberant. Sed quid ego de calathifcis, in quos mala congerunt, dicam? quanta illos gemmarum Sardoniorum, quanta Smaragdorum, quanta Margaritarum vis debachatur? Vulcanum id opus effinxisse patet. Iocundum vero visum est, ut sponte sua, ac suapte vi, ad quantumvis alta, summotaque mala provolant, ut nulla his scalarum necessitas sit ad scandendum. Sed ne interim alios saltitantes alios cursitantes, alios quiescentes memorem, vel qualem in abrodendis malis latitiam praeseferunt, illud spectatum praecipue dignum, quod ex his quatuor omnium speciosissimi certamen incunt, quorum duo malis invicem se petunt, alii duo sese confodiunt telis, alternis sese ictibus laescentes: neque dum mutuis vulneribus confodiuntur, vulnera depellere, prohibere, vel declinare quicquam curant, verum multo alter alteri pectus obiectat, ipsisque vulneribus exponit, eo quidem consilio, ut in medio emnes pectore infideant sagittae.

*Hic de Phis  
destrato in  
a. amibus,  
e ap. de amo  
r. ius.*

#### AMOR MUTUUS. CAP. IV.

**E**Xiis autem certatorum paribus duos illos qui malo lustrant, voti compotes esse dicas. Nam qui jaculatur, ex osculatum prius malum emittit, quod alter sublatiis supinis, manibus excipit, neque ulla contatio futura videtur, quin idem comprehenso malo sit oscula relibaturus, atque ita in socium pari certamine remissurus.

#### AMOR PERDITUS CAP. V.

**E**X illo vero sagittariorum pari, unus alteri vincula inpicit pene moribundo, insultatque ferocius, ut captivum faciat. Ille contra nihil molitur, nihil reluctatur, sed tanquam perdita rem manus vinculis obiectat: proinde qui lustrant, amorem auspiciari, qui se feriunt sagittas, nullum amoris finem appetere videntur.

*Ibidem.*

#### INIQUUS AMOR. CAP. VI.

**S**unt & alii ad quos innumeri spectatores confluunt, hinc manus in palaestram conferunt animosiores, ac Athletarum alter, manibus ad alterius humeros appressis, complexus hostem quodam venturi suffocandi studio collidit, subditque crura astu artificiosa complicata, ut pede post colluctatoris calcem obfirmato, una ipsam protrudat, & in ipsa bundum super & ipse corruat: neque tamen alter animum despondet, ac erectus contra instat & obluatur, quaque maxime angitur parte colluctatoris manum solvere conatur, uno digitorum obrorto, quo ita aliis facultatem eripiat firmiter apprehendendi. Qui vero digito laeditur, dolore percitus hostis aurem admordet, quo animo adverso Amores ceteri graviter indignati inperperam & insolenter facientes, ac luctari certaminis leges, jura, fas, atque mores transgredientem feruntur, malisq; illum certatim impetentes, toto in unum agmine concitato eum in fugam avertunt, totisque hortis ejiciunt eliminantq;. Atque ita deinceps hinc Amorum omnes circa mala versantur.

*Ibidem.*

FUEL